



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

29. Dies Novemb. Diligenti Deum sufficit illi placere quem diligit. S. Leo
serm. 7. de Jejun. sex mens.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

Novemb.

Tessera.

953

comprehenderes, & Dei Majestatem : ut Gerardus ille, cum eo & tu diceres : *Verè graviora quām infernus habet tormenta, qui tot considerans in bonum, è infinitum, peccata & scelera, zelo pro Domino comeduntur.* Ac deinde magno erga Dei felicitatem affectu exclamabat : *Modò tu Deus meus in cœlo, tunc ego in eternum in inferno.*

29. DIES NOVEMB.

Diligenti Deum sufficit illi placere quem diligit.

S. Leo serm. 7. de Jejun. sex mens.

Placere I.
Deo, deber
esse omnis
noster la-
bor.

Non tibi dispiceat hodie ex-pendere quomodo Deo placeas, ut placendo, illum olim possideas. Primum Deo placet, qui fugit quæ ei displicent, & facit quæ ei placent. Hinc fugit talis omnia mala, & satagit facere omnia bona. Unde Augustinus : (a) *Quod ei placet, dabit nobis : si quod ei displicet in nobis, despiceat & nobis.* Ita ardebat S. Theresia placere Deo, ut rarum illud, & inauditum ab hominum memoria ediderit votum faciendi semper illud, quod nosset magis placere Deo. Ut porrà cognoscas quæ sint quæ Deo magis placeant, accipe hujus rei methodū à S. Thomas Aquinate. Hic magis studiosus Theologiæ Mysticæ, quam Scholasticæ, flexis humi poplitibus, hanc orationem, quam & ipse concinnavit, recitabat, videlicet : *Concede omnipotens Deus, quæ tibi placuerunt. Primo, ardenter concupiscere. Secundo, prudenter investigare. Tertio, veraciter agnoscere. Quartio, perfectè adimplere. Primo, nulli placere ap-*

Ooo 5

petam,

(a) *Donat. & grat. c. 33.*

954 *Christiani Militis* Novem-
 petam, vel displace timeam nisi Tibi. Secundo, viles-
 cant mihi omnia transitoria propter Te, & caro sint mihi
 omnia tua, & Tu Deus meus plusquam anima. Terzo,
 Tadeat me gaudii quod est sine Te, ne cupiam aliquid
 quod est extra Te. Quartò, delectet me omnis labor qui
 est pro Te, & radoosa sum mihi omnis quies, qua non est in
 Te. Cui familiaris est haec oratio, omni Tullio erit
 disertior orator.

II. Secundò, Deo placet cui Deus placet. Eadem
est mens Augustini dicentis : (a) *Quis est qui placet
Deo? cui placuerit Deus. Displace sibi Deus non potest.
Placeat & tibi, si placeas illi.* Quidquid placet, cum
propter bonitatem placeat, Deus displace non po-
test, quia est summum bonum. Sed heu! nimis
quam multis Deus displaceat, & ideo nimis quam
pauci Deo placent. Illud modò verum esse convi-
camus, quando aliquid nobis placet, statim deside-
ramus illud, & cupimus illud habere, vel intianos,
vel juxtanos. Placeat E! ea? volumus sumere intranoscere
placeat pulchrum? optamus ut oculi videant; placeat
harmonia? volumus in auribus resonet: Placeat ho-
mo? volumus ut crebro nobis adsit, & si non possit
adesse, sistimus illum nobis præsentem cogitationem.
Ita si nobis unus placeat Deus, optabimus eum in-
trianos, optabimus eum semper videre, audire, gu-
stare, illi semper adesse, & quantum licet, illius sem-
per meminisse. Satius illis est per omnem æterni-
tatem, omni gaudio carere, quam vel unico momen-
to Deo displace. Unum inter omnia illis displaceat,
non satis Deo placere. Et tales quantum placeant
necessere est Deo? quomodo enim non placerent
Deo,

(a) *In Psal. 12.*

Novemb.

Tessera.

955

Deo, quibus nihil placet, nisi unicus Deus? Quomodo Deus non delectetur, & gaudeat iis, qui nullam habent delectationem, aut gaudium, nisi Deum? Deus enim diligentes se, diligit, & desiderantes se, desiderat.

III. Tertio: placet Deo in quo Deus sibi placet. Hæc sententia exuit hominem omni amore sui, & induit amore Dei; ita ut nihil aliud intendat, quam unicè unicum Deum, sine ulla spe mercedis, juxta hodiernam tesseram. *Diligenti Deum, sufficit illi placere, quem diligit.* Omne præmium quod expectat vivens in terra, vel post vitam in cælo, est placuisse Deo. Hoc modo de Christo dixit Pater: (a) *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui.* Sed facile est capere, nec difficile credere, in Filio placuisse sibi Patrem. Sed quomodo sibi in nobis complacabit, toties, & tam fœdè ei displicentibus? nihil eo expeditius, cum certum sit, in nullo Deum ita sibi complacere, sicut in Filio, non possumus nos Deo quoque placere magis, quam si quantum nobis fas est, nitamur exprimere in nobis, similitudinem unigeniti Filii ejus. Nam sicut omne animal diligit sibi simile, ita, & Deus diligit sibi similes. Hinc sicut Christus est imago, & speculum Dei Patris, ita & nos conemur esse imago Christi, quam intuens Deus Pater, complaceat etiam sibi in nobis, tanquam in filiis suis; non quidem naturalibus, sed adoptivis; (b) *quibus deducit statem filios Dei fieri.* Ideò enim Filius Dei factus est Filius hominis, ut Filios hominum ficeret Filios Dei. Deinde complacabit sibi Deus in nobis, si unum cum Christo efficiat.

(a) *Matt. 7.* (b) *Joan. I.*

956 *Christiani Militis* Novemb.
efficiamur. Si enim totus Jesus, & quidquid in eo
est, Patri placet, quomodo non ei placebimus, si u-
num cum eo simus? si nos in illo maneamus, sicut
membra in corpore, palmites in vite, radii in sole,
rami in arbore. Itaque Christo adhærere, est Deo
super omnia placere. Illi adhærebis, si non pecces;
non peccabis, si ames: est enim illud velut è tripode
prolatum:

Nunquam peccares, Christum si semper amares.

30. DIES NOVEMB.

Æternitas nec tempus, nec temporis ulla pars est:
neque enim in mensuram cadit. *Sanctus Gregorius*
Nanzianzenus Orat. 38.

Temporis I. **I**mmemorium est æstimandum, quod
præmium
ex æterni-
tate co-
gnoscitur. **I**mmemorium est nos æternitatis candidatos im-
mensum, & timere, ne infelix, &
gaudere, quia speramus fore, ut felix nobis obringat
per Christi merita, æternitas. Ut tempus bene im-
pendas, infelicem æternitatem rectè expendas. Jul-
fit Ezechielem Deus 390. dies in idem latus decum-
bere. Quid in carbones igni ardentes inexhausto,
excoëtorum more & liquentium metallorum mo-
rinos decumbere, ac pertinaci caligine, cruciatu-
que alligatos, ne punctum quidem brevissimi tem-
poris, ex omni æternitate respirare, dictu horren-
dum, sed magis cogitatu! febrienti nox annus est,
quamvis molli, lætoque in lecto, in spé foliis, ac me-
dici, non longa in valetudinis expectatione. Quid
si lucem, medicum, sanitatem, levamen desperaret,
& in ardores sempiternos, ignemque perpetuo de-
voran-